



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XLIV. Der Vicar des Bischofes von Halberstadt ertheilt für die Kapelle zu
Dornstädt einen Ablass, am 7. November 1313.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

minorum nostrorum, ita tamen, ut anniversarius eiusdem annis singulis solempniter peragatur, ne igitur in posterum oriatur dubitacio de hoc facto, ipsum conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimento roborari. Testes huius facti sunt: Tydericus, prior, Fredericus, Johannes solt-wedele, hinricus thuritz, johan, dictus wedes, bartolt, Gheuehardus et alii quam plures fide digni. Actum et datum hildeffleue, Anno domini M^o. CCC^o. IX, in die sanctorum tiburey et valeriani.

Cop. II, fol. 19.

XLIII. Die Priesterbrüderschaft in Braunschweig schließt eine Einigung mit dem Convent des Klosters Hillersleben, am 28. October 1313.

Johannes, custos, ceterique confratres sacerdotalis confraternitatis in brunefwick omnibus, ad quos presens scriptum peruenit, Salutem et sempiternam in domino karitatem. Quoniam oracio et singula pietatis opera in sui participacione non imminuuntur, sed fructus eorum et effectus integer in singulis inuenitur, Ideoque merito redarguitur pietatis defectus, si in illis rebus communicandis aliqua feruetur parcitas, in quarum distribucione non uiolatur integritas. Hinc est, quod volumus esse notum, quod quedam unio inter nos et dominum abbatem ac conuentum monasterii in hildeffleue est taliter ordinata, quod ipsi et eorum successores nostri confratres sunt, et participes debent esse omnium et singulorum bonorum operum, tam in vita, quam in morte, que in confraternitate nostra nunc et in perpetuum operari dignabitur clemencia saluatoris. Et econuerso nos et nostri successores ex nunc et in perpetuum confratres et sorores sumus ipforum et participes debemus esse omnium et singulorum bonorum operum, in vita pariter et in morte, que in congregacione eorum fiunt et fient in perpetuum ad laudem Domini nostri Jhesu Cristi. In quorum omnium euidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M^o. CCC^o. XIII^o, Quinto kalendas Nouembris.

Cop. II, fol. 22.

XLIV. Der Vicar des Bischofes von Halberstadt ertheilt für die Kapelle zu Dornstädt einen Ablass, am 7. November 1313.

Vniuersis cristifidelibus ad quos presentes litere peruenerint, ego Frater Hermannus, dei gracia bolonnionensis ecclesie episcopus, gerens vices venerabilis in cristo patris ac domini, domini Alberti, halberstadenensis ecclesie episcopi, Salutem in Domino salutari. Pro-

Hauptst. I. B. XXII.

fectores christianae fidei quoslibet ad zelum deuotionis et ad opera cupientes alicere pietatis, Cupientes Igitur ut Capella gloriose uirginis marie et sancte crucis in Dornstede, in qua vnum altare consecrauimus, a cristi fidelibus diligencius decetero veneretur; Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam Capellam per Quadraginta dies primo deinde per menses primo anno continue subsequentes et in anniuersario dedicacionis in perpetuum causa deuotionis acceperint, et ibidem diuinis officiis interfuerint, Nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, meritis, auctoritate domini nostri predicti ac nostra confisi, vnum annum indulgentiarum cum carena de Capella, et octoginta dierum indulgentias cum carena de altari, de iniunctis sibi penitentiis in domino misericorditer relaxamus. Hiis quoque, qui in festiuitatibus gloriose uirginis marie causa oracionis seu peregrinacionis ad predictam Capellam acceperint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, meritis confisi, Quadraginta dierum indulgentias similiter indulgemus, dedicationem uero Capelle et Altaris ad Octauam pasche tranferimus et ratificamus presenti testimonio litterarum. Date anno Domini M^o. CCC^o. XIII^o, feria quarta proxima ante festum beati martini episcopi.

Cap. II, fol. 29.

XLV. Abt Johann befundet, wie der Mönch Heinrich von Drakenstedt seine Ersparnisse zum Besten des Klosters Hiltersleben angelegt habe, am 15. Juli 1314.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Johannes, dei gracia Abbas in hildeffleue, Tydericus, prior, Totusque conuentus ibidem vniuersis presencium auditoribus salutem in perpetuum. Ea, que geruntur in tempore, nisi per litterarum testimonia durabilitatis perpetue beneficiis fulciantur, non est mirum, si cum lapsu temporis lapsum et ipsa pariter paciantur. Nouerint igitur tam presentes quam secuturi, quod Hinricus, dictus de drakenstede, cenobita nostre congregacionis, collecta quadam summula pecunie de sua prebendula, fecit, ut iure debuit, et eam in vsus nostri cenobii expendit, dimidium fertonem stendalgensem moneta in area quadam, in maiori Radenfleue sita, ad nostrum Monasterium iure proprietario pertinente, duosque pullos annuatim persolvente, a villano eiusdem ville, nomine Borgardo, paupertate grauato, qui eam iure censuali a nostra ecclesia possederat, pro marca et dimidio fertone comparauit. Quicumque uero predictae aree possessor fuerit, domino Abbati duos pullos et magistro infirmorum dimidium fertonem in festo dominorum annis singulis perpetualiter persoluere non tardabit, Prenominatamque pecuniam nostris karitatibus assignauit. Ex hoc testamentum suum statuit in hunc modum, Videlicet ut, ipso viam vniuersae carnis ingresso, anniuersarius ipsius in vigiliis mediocribus et missa pro defunctis cum compulsacionibus annis singulis peragatur. Temporibus autem vite sue memoriam patris sui ac matris sequenti die Egidii confessoris vigiliis ac missa pro defunctis cum compulsacionibus celebrabimus annuatim. Preterea prefatus hinricus contulit nobis vnum talentum in subsidium reparacionis edificiorum nostrorum dirutorum, videlicet stupe ac camere maioris dormitorio adherentis, ut alleluia protège pastor In translatione sancti benedicti et antiphona O gloriosa nobilis In festiuitate sancte